

Q. D. B. V.

STATUA HONORIS,

In beatam ac perennem memoriam,
Megalandro,

D. M. MARTINO LUTHERO,

THEOLOGO VITEMBERGENSIUM CON.
SUMMATISSIMO,

*Ecclesia orthodoxa Restauratori felicissimo,
divinitus dato,*

Actu Solemni Oratorio.

die X Novembr. MDCCXVII. Divino innuente Numine,

IN LYCEO LUBBENENSI,

h. l. c. instituendo,

JUBILÆO ANNO SECULARI
SECUNDO,

Perillustribus, Excellentissimis, Magnificis,

Areopagi utriusque, Summi, Proceribus &
Adeffloribus,

Pariter ac Epopta Summe Reverendo,

Collegii itidem Senatus civitatis universi Patribus conscriptis, nobilissimis,

ut & omnibus, qui Musas amant, honoratissimis, summa cura

& observantia ad auscultandum & favendum hacce sche-

dula decenter convocatis, publice posita,
& exstructa

per
M. Jo. Adam. Tichornium, Rect.

GUBENÆ,

Excudebat Johannes Henricus Hofmannus,

Biogr. erud.

D. 1616, 44



A/α.

Reformationis opus tam sacrum, quam gravissimum, varii generis presagia, vaticinia, vestigia atq; indicia anteivisse longe brevique; argumenta hinc inde edita, doctorumque Scriptis passim inserta, satis testantur. Pontificum pro dolor! Maximorum, Romæ sedentium, & voluntatem pro facto habentium, regnandi cupiditas & imperandi potestas tanta jam erat, ut solet esse, cum maxima est, si nulla rerum & hominum ratione habita, in omnes plane, & in universum singula, sacra profanaque, sese extendit. His idem propositum erat, (ut Ciceronis verba (a) mea faciam,) quod & regibus, ut ne qua re egerent, ne cui parerent, libertate uterentur, quorum est proprium, sic vivere, ut velis. Quare non mirandum, ut universus ferme terrarum orbis imperandi libidine tenebris, plus, quam Cimmeriis, obfuscaretur, Luxq; tam fidei, quam rei litterariæ, circum circa obnubilaretur. Atq; ita verbum Domini, e fontibus sacris limpidissimum, cum traditionibus humanis confundebatur, argumentis theologico-Scholasticis corrumpebatur, & usq; adeo perdebatur, ut quivis talpa cæcior, nesciret, quid ad salutem consequendam, aut crederet, aut faceret. Jura tacebant atque Leges silebant, & veritati locus non erat, quin vero potius timendum, ne ferro & igne professus illam, plecteretur. Ut autem multa paucis complectar, nemo ab ore & jussu Pontificis Rom. non dependebat, & quid crederet, quid faceret, quidve omitteret, expectabat. Res inde judicatu perfacilis est, quantos inter gemitus, quas inter lacrymas & quot inter suspiria vi pressi homines, misere vitam transegerint. Divinum ergo, quod omnia moderatur, Numen, precibus quidem calidissimis excitari videbatur, ut miseris hisce suppetias ferret, missis nimirum viris, & doctrinæ, & rerum divinarum præstantia, eminentissimis, qui Evangelio lumen accenderent, inque tenebris ambulantes facem præferrent. Taciti enim prætereundi non sunt Doctores Ecclesiastici, Odilo, (b) Bruno (c) Anselmus, (d) Bernardus Burgundus, (e) Rupertus, (f) Otho, (g) Hugo de S. Victore, (h) Gratianus, (i) Petrus Lombardus, (k) Albertus M. (l) Thomas Aquinas, (m) Henricus de Gandavo, (n) Jo. Duns, (o) Nicol. Lyranus, (p) Vilh. Occamus, (q) Jo. Taulerus, (r) S. Brigida, (s) Joan

(a) L. I. Off. C. XXI. (b) qui anno *θ' αὐθροπογοῖας* 1002. sqq: abbas Cluniacensis, probitatis & sanctitatis laude eximius, *θαυματῶρες*, Festi O. O. Sanctorum Autor habetur. (c) Vurceburgensis Episcopus anno 1033. (d) Cantuariensis in Anglia 1094. Episc. (e) anno 1113. Clarevallensis abbas factus, & 1153. mortuus, in sanctorum numerum relatus. (f) Qui 1125. coenobio Tuitiensi, Colonia vicino, præfuit. (g) Episc. Bambergensis, ecclesiarum Pomeranicarum *οἰκιστὴς* & parens appellatus. (h) Natione Saxo, Presbyter & abbas Paris. magna eruditionis Glossæque suæ ordinariæ laude celebratus, 1140. (i) Bononiensis monachus, Ord. S. Bened. 1151. (k) Episc. Paris. Theol. Scholast. autor & sententiarum Magister dictus 1160. (l) Natione Sævus & nobilis, ordin. prædicatorum monachus, postea Episc. Ratisbonens. circa ann. 1254. 1280. (m) Doctor angelicus & Theologorum aquila nominatus, nat. in oppido Latii, Aquino, 1223. Doctrinæ Scholast. Princeps, quam tamen cum Theologia confudit. (n) Circa ann. 1299. Paris. Philos. cultor, Doctoris titulum universalis consecutus, Archi D. Tornacensis factus est. (o) Scotus, cognomine sapius ita veniens, ordin. S. Francisci monachus, Doctor subtilis dictus & Realis, aut applexia correptus, nimia festinatione pro mortuo sepultus, aut a discipulis conspirantibus graphiis confossus, Colon. 1308. (p) de Lyra, ex Judæo ad Christum conversus, fratrum minorum ordinem ingressus, Scholiis perpetuis utrumque Testamentum explicavit, latinæ, græcæ & Ebrææ linguarum scientia adjunctus, 1322. Quo de in proverbium abiit: Si Lyra non *Lyra*ffet, Lutherus non *Salta*ffet; sive totus mundus delirasset. It. Lyra Luthero equum admovit & flapedes tenuit, quo ille viam egregie stravit, 1340. Leg. Thom. Pope Blund. in Cens. Celebr. autt.

Joan. Viclefus, (r) Jo. Hussius, (u) Hieronymus Pragensis, (v) Petrus
Dresdensis, (w) Jo. Gerson, (y) Jo. Geiler, (z) Nicol. Cusanus, (aa)
Jo. Vesselius seu Vesalius, (bb) Frater Nicolaus, (cc) Volfgangus Capi-
to, (dd) Georg. Spalatinus, (ee) denique Jo. Hiltenius, (ff) qui partim ali-
quot ante seculis, partim multis ante annis singularis cognitionis fuit, tum

A 2

in

autt. p. m. 422. (g) Anglus, Scoti discipulus & Ordin. Franciscani monachus,
scripta Præceptoris acriter impugnavit. (r) Dominicanus Colon. primum,
crebros dein sermones sacros ad populum Argentinæ de Dei misericordia, abusu
& superstitione in vocationis cultusq; sanctorum itidemq; unico Salvatoris meri-
to circa an. 1349. habuit. (f) Mulier Svecica, spiritu Prophetico librum revela-
tionum edidit. 1372. (t) Anglus, circa an. 1370. mores pontificis & ecclesiæ do-
gmata arguit, atq; adeo pontificem primus quidem anti Christum compellere,
ausus est, extra Biblia S. in rebus spiritualibus veritatem non quærendam esse, sen-
tiens, cujus cadaver 1428. pontif. Martini jussu effossum & crematum est. (u) Sa-
cerdos & concionator Pragensis, proxime antecedentis vestigia premens, a. 1400.
errores pontif. publice reprehendens, purgatorium, invocationem sanctorum,
traditiones humanas, primatum Pontificis, indulgentias, bonorum operum me-
rita, mutilum S. cœnæ usum impugnavit, seq; Vicleffi in vita cœlesti locum cer-
to fore, sibi persuasit, qui etiam per Concilium Constantiense, nulla nobilitatis
Bohemicæ intercessionis ratione habita rogo adjudicatus, anno 1415. tactus est.
Scripta ejus Matth. Flacius Illyricus Noribergæ edidit. (v) Eandem cum Hus-
sio doctrinam confessus, & eundem exitum anno post habuit. (x) Sch. Pragens.
moderator anno 1400. Pontificios, sub una saltim specie S. cœnam porrigentes,
valde impugnavit, atque Jac. Milnenii ansam dedit, ut in templo Mich. pro utraq;
specie verba sacra publ. faceret, pariter etiam autor fuit canticorum latino-ger-
man. v. g. In dulci jubilo &c. (y) Theologus Paris. 1404. in Concilio Constan-
tienti ore & postea scriptis etiam Concilii decretum confirmavit, Papam non su-
pra, sed infra concilium & ecclesiam esse, qua propter patria ejectus, propinquis,
amicis, dignitatibus omnibusque fortunis spoliatus, Lugduni exulans misere pe-
rere, coactus est. 1429. (z) Keisersbergius, eccles. Argentinens. Doct. nat. 1446.
de concione sua præcipue in renunciandum Episc. memorabilis, quem ita esse
requirebat, ut officium suum pietate & templum frequentando exequeretur, non
politica tractando, Veneri non litando, nec pompa utendo, sed prudenter & do-
cte utrumq; Testamentum explicando. (aa) Cardinalis anno 1448. de literarum
scientia mundi prope miraculum habitus. (bb) Groningensis, Concionator Vor-
matiens. 1479. Scripturam S. e sola Scriptura interpretandam, indulgentias pon-
tif. inane commentum, jejunium & ciborum discrimen nullum a Salvatore præ-
ceptum, peregrinationes ad Rom. urbem ineptas & otiosas esse, Episcopis iti-
dem non licere, traditiones novas ecclesiæ obtrudere, statuit. Quæ omnia per
Dieterum archi episc. Mogunt. ^{republice} adactus est. (cc) Eremita, in Helvetia prope Lu-
cernam in eremo ann. 20. ἀσκήσει ἡγι ἀσκήσει 1480. (sine nutrimento) vixit. Vi-
siones quasdam peculiare habuisse dicitur, cujusmodi etiam illa est de capite
pontificio, quam Lutherus est interpretatus. (dd) Argentin. minister eccles.
opera sua initium & incrementum eccles. reformandæ dedit, natus 1481. (ee)
anno 1482. natus, Fridr. III. Sap. cogn. Elect. Sax. a concionibus aulicis, initia
reform. eccles. attente spectans, in Augustanis Comitibus 1530. cum Melanch-
thone aliisque evangelii professionem strenue promovit. (ff) S. Francisc. mo-
nachus, Isenaci in Thuring. anno 1483. pietate ac doctrina in primis clarus or-
dinis sui abusus & superstitiones quasdam arguens, in carcerem conjectus est.
Gardiano, se nulla poena dignum, excusans, de Luthero divinavit. anno 1516.
alius existet monachus, qui vos monachos acriter reformabit, & regnum pontifi-
cium oppugnabit; hunc neque carcere, neque vinculis coercere poteritis. Hu-
jus in Daniel. & Apocal. Commentaria notatu digna sunt. Plura qui de his de-
siderat, conferat Matth. Dresseri Millenar. VI. Isagog. Hist. p. m. 128. sqq. Magnif.
Dn. D. Val. Ern. Lœscheri, Præsulis Dresd. Præceptoris olim & Patroni nostri
ætate devenerandi, Compend. M. Sct. XVII. Secula p. Chr. n. complectens. It. B.
Junckeri Grundlegung zur Kirchen-Historie,

In sacris, tum in re litteraria & eruditionis thesauro, indicarunt, magnum reformationis opus sub potentia Pontif. R. summa, cuique extimenda, adhuc latere, quasi sub cinere, & nitere saltim, flammamque, inquam a genuino, quem Deus T. O. M. destinavit, restauratore excitaretur, expectare. Equidem magna Vicleff. & Huss. tentaverant, ita, ut multi sententiis eorum subscriberent, summoque opere, exceptis monachis, apud Anglos pariter & Bohemos, tantum non omnes applaudent. Usque adeo jam tum spes maxima affulgebat regiones & imperia, lucis atque libertatis in ecclesia recuperandæ. Ast vero nondum satis opportunum illud tempus Numini præpotenti divino, ad purificandam & illustrandam Evangelii doctrinam, & ad compescendam comprimendamque tyrannidem ecclesiasticam, videbatur. Centum enim adhuc anni restabant, quo Ecclesia perpurganda, ejusque restaurator ad palinodiam nequaquam coercendus, aut etiam innoxius igne plectendus foret. Quod & ipse Hussus innuebat, paulo ante mortem clara voce pronuncians: Hodie anserem uritis, centum autem annis præterlapsis, e cineribus meis resurget cygnus, quem assare non poteritis. (gg) Et quid Jo. Hiltenus aliud confessione sua indigitare volebat? qui aliquo temporis tractu intercedente, manifeste judicabat: Alius quidam veniet Cœnobita, A. D. M. XVI. qui destruet vos monachos, nec poteritis ei resistere carcere, nec vinculis. (bb) Sic tandem tempus adpropinquabat, quo verba vaticinationum cum facto responderent, quod etiam Electori Saxonum Friderico III. Sap. Svidnicii, prope Vitembergam, per Somnium cum Sereniss. Fratre Joanne communicatum, Deus significare, videbatur. Angelus ergo cœlo cum Evangelio Christi, divinitus per cœlum volare jussus, dimittebatur, ad regni mysteria revelanda, puramque doctrinam ab adversariorum corruptelis vindicandam. Lutherus ille erat, ab honestis quidem, sed obscuris propemodum parentibus, Islebii, Mansfeldensium, A. C. MCCCC. XXCIII. media nocte Martini, in fastis sacri, natus, dieque proximo XX. Novembris, renatus, & in Martini memoriam ita quoque dicitur. Cujus manes post tantos, tamque multos Scriptores recolere, temporis ratio postulare videtur. Sufficiat tamen, impræsentiarum meminisse, quantum de momentis potioribus hæc charta ceperit. Martinus hic noster a teneris statim, quod ajunt, unguiculis, optimæ indolis indicia prodebat. Flagrantem enim discendi cupiditate parentes eum in modum educare curabant, ut huic suo non domi solum, verum etiam in Schola tam Magdeburgensi, quam Isenacensi de præceptoribus, pietate, fide & doctrina conspicuis, prospicerent. Qui illum quoque omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas impertiri debet, imprimis vero Grammatica & Rhetorica, dextre imbuerunt. Quemadmodum autem in puero, præter docilitatem ingenii, summa suavitas oris ac vocis erat, ut non solum celeriter arriperet, quæ tradebantur, sed etiam excellenter pronuntiaret; (kk) ita in soluta æq; ac versa oratione condiscipulos antecellebat, & clarius indicis exsplendescere pergebat. Quid multis? Studia in adolescentia tanquam in herbis significabant, quæ virtutis maturitas esset futura. Unde mens, literarum dulcedine degustata, doctrinæ avidissima, juxta etiam plura melioraq; concupiens, stimulis quasi Lutherum incitabat, ut ad altiora adspiraret, omnes æq; artes ordine perciperet, satius esse, ratus, si Academiam peteret, atq; Philosophorum Principia imberet. Sed vero Erphordia in ejusmodi ætatis Dialecticam incidebat, quam ut satis spinosâ, ita tamen cito æt. an. XII. arripiebat, ut acritate ingenii præceptionum

(gg) Luth. hoc ipsū agnoscebat: Der selige Huss hat von mir geweissaget/da er aus dem Gesängnis in Böhmer-Lande schrieb: Sie werden ieht eine Banß braten/aber über 100. Jahren werden sie einen Schwan singen hören/den sollen sie leiden;da soll auch bey bleiben/ob Gott will. Non minus hic etiam sequentia in relatis retulit; Autore Poggio, qui supplicii executioni ad fuit: Post C. annos respondebitis Deo & mihi, Conf. D. Chr. Matthiæ Theatr. Hist. Theor. Pract. p. 1029. f. a. (bb) Respice hunc in Nott. vid. sis etiam Apologiæ Caput de Votis monast. (ii) Conf. D. Matth Theatr. Hist. p. 1006. sq. D. Hier. Kromayeri Scrutin. Relig. Disp. XIII. p. 312. D. Abrah. Calovii Diff. de Luthero ante Lutherum Qu. III. D. Mayeri Luth. Apocalypt. (kk) Sic Nep. Atticum laudat. C. I.

ceptionum causas ac fontes penitus, reliquis discipulis, & perspiceret & caperet. Pariter atq; cum his priscorum pleraq; Latinorum scripta, eorumq; monumenta, Ciceronis, Livii, Maronis & aliorum ita legebat perlegebatq;, ut multum inde ad vitam humanam, honeste, concinne & eleganter componendam in usum suum converteret. Igitur sic eminens, ut universis Academicis Patribus paræq; ac discipulis ingenium admirationi esset, annu agens vicesimum, Philosophiæ Magister an. MDIII. publice renunciatus atq; proclamatus est. Juris studium, de consilio suorum, primo sectatus, sed anno post, sodali suo, casu, nescio, quo, interfecto & amisso, animo perterritus, subito mutans consilium, spem præter & opinionem parentum ac propinquorum, se in Monachorum Augustinianorum Collegium Erfordiæ recipi petiit, hanc vitæ rationem pietati studiisque doctrinæ cœlestis conventiorem esse, arbitratus. (//) In quo quidem acro vivendi genere & loco quatuor annos ita commoratus est, ut monachus in otio de negotio semper cogitaret, & in per scrutandis verbi divini Prophetarum & Apostolorum mysteriis, fidei salvificæ fundamentis, in perlustrandis S. Augustini monumentis, in legendis Sententiariorum, Gabrielis præcipue & Cammeracensis libris, inque perspicendis Scholasticorum Occami, Thomæ, Scoti, Gersonisque Scriptis esset occupatissimus. Qua ratione fieri non poterat, quin eruditionis copia magis magisque splendesceret, ingeniiq; lucem undiq; diffunderet. Unde contingebat ipsi, ut Staupitio (mm) in cognitionem veniret, qui exordium foundationis Academiae Leucorensis fecerat, & ab Electore Fridr. III. jussus, Megalandro Professionem Theol. P. die IX. Maji MD IIX. demandabat. Vocationem hanc ille secutus, vitam monasticam Erfordienf. cum Vitemberga commutabat, atq; Rectore Magnif. Nicol. Viridimontano, A. A. & Phil. Magistro, S. Th. Profess. & Ecclesiæ Lignicenf. Canonico, Universitati nomen dabat. (nn) Hic adeo dextre, accessa quoque senatus civitatis invitatione honorifica, ut in Ecclesia, e suggestu populum doceret, omnium admiratione defungebatur, in explicandis Dialecticis, Physicis & Theologiæ Principiis, officio, ut D. Mart. Mellerstadius, præfagiens, de illo sæpius dicere, non dubitaret, vulgare & in Scholis, usitatum doctrinæ genus plane immutaturum esse. Post triennium Romam, ob Augustinianorum contentiones componendas, missus, & cum pristina concordia Vitembergæ redux factus, an. æt. XXX. sponte oblata, ab Elect. Fridr. Sap. monitis jussuq; Superiorum tandem commotus, Doctoris insignia, a Decano & Promotore D. Andr. Bodenstein, Carolo studio, die XIX. Octobris, MD XII. sumtus Elect. clementer suppeditante, Dissertatione d. IV. Octobr. pro Licentia, ut vocant, legitime præmissa, sibi solemniter conferri patiebatur. Omnem ita movebat lapidem, ut Doctoris & Professoris P. provinciæ ex asse satisfaceret, ut nominis famam labore concatenato studioq; indefesso amplificaret, atque ostenderet, sibi haud male novos honores esse delatos. Quemadmodum vero Staupitius, (oo) pro illorum temporum superstitione in Belgium iter faciebat, quo Fridr. III. jussu, innocentes sanctorum reli-

B

quias,

(// Hieronymus, Episcopus Brandeb. Dom. Cantate 1587. Lutherum ad decreta Patrum Augustinianorum ritu solemniter ordinavit, literis a Lutero, ad Ioan. Braun Vicarium Isenacensem X. Cal. Maji ex cœnobio Erfordienfi scriptis, testantibus. (nn) Pudeat Conr. Wetterum ceterosq; & hodiernum criminantes Pontificios, qui non tam ante, quam post mortem theandri, scribere ac pro concione dicere non erubescunt: Lutherus *sey ein außgesprungener und aus dem Augustiner-Closter entlauffener Monch* vid. Bellarm. T. II. L. IV. de Notis Eccl. C. XIV. f. 84. Ungersdorff. in Gratulat. ad Status Austriæ. p. 140. Henricus Wangerek in Anti-Dorsch. P. II. C. IX. §. 11. p. 415. Hic juvat etiam nosse chronodistichon:

MittIt Vt aLlorIn, Christo aVXILiante, LVtherVs

QVantVs erat Vates? gLorJa qVanta sCholæ?

(oo) qui Doctoris honorem non recusandum, Lutero, sub arbore quadam stanti, ita commendaverat: Multum ad huc negotii in Ecclesia Dei restat, ad quod concipiendum recens creatorum Doctorum operas adhibebit; moriaris igitur, aut vivas, tuos tamen labores atque consilia Altissimus exposcit.

quias, ad sacrandum & exornandum templum O. O. S. S. recens ex-
 structum, comparatas, Vitembergam secum duceret; Ita huic no-
 stro M. D. XVI. Vicariatus sui & Inspectionis cœnobiorum munus
 committebat, cui & summa cura fideque præfuit. Interea omnia ob-
 nixe faciebat, ut Des. Erasmus, (pp) qui clariorem linguis lucem
 accenderat, sectatus, græce & Ebraice, in pleniorē Sacræ paginæ cog-
 nitionem, doctior indies fieret, Codicem sacrum, sere manibus omnium ela-
 psam ereptumq; legendum svaderet, sententias adversas refutaret, Scho-
 lasticorum nugas usu receptas, vanis quæstionibus involutas, rejiceret,
 Theologiam Teutonum idiomate & donaret & consignaret, homilias Tau-
 leri, quem vide, sis, ante, prelo submitti curaret, Scriptam ad Rom. Epist.
 divi Pauli, auro cariorem existimaret, & ad mentem Spiritus S. expone-
 ret, pariter & Psalmos illustraret, ignotum neglectumq; Legis & Evange-
 lii discrimen ex tenebris erueret, hominum animos ad salutis fontem, so-
 lumq; ipsius meritum revocaret, Baptistæ instar agnum Dei, qui peccata
 mundi tulit, digitis monstraret, fidem Pharisaicam, bonis operibus niten-
 tem, impugnaret, damnaret, ac potius sola, in meritum Salvatoris, fide, fieri
 justos Deoq; reconciliari, statueret, atq; ita, in doctrinæ Ecclesiasticæ par-
 tibus saltim hærens, consuetudines autem ac ritus Papales non facile mu-
 tans, multorum, ac tantum non omnium sibi gratiam conciliaret. Neq; ani-
 mus erat, unquam ulterius procedere, nisi Sycophanta impudentissimus,
 Jo. Tecelius, (qq) a P. R. Leone X. in Saxonum regiones missus, indulgen-
 tiarum nundinationes, in locis quam plurimis, imprimis vero Jutreboci,
 instituens, solutaq; pecuniæ summa, quorumvis, futurorum etiam peccato-
 rum, vel gravissimorum, absolutionem promittens, adeo manifesta impie-
 tate sua ansam dedisset, ut Lutherus divino ac plane heroico spiritu excita-
 tus, ejusmodi In sacris simoniam, in ipso etiam Jure Canonico prohibitam,
 indignabundus profligaret, adfixis prid. Kal. Novembr. M. D. XVII. hora XII.
 meridiana valvis templi O. O. S. S. arci contigui, XCV. thesibus, (r) in qui-
 bus de vera peccatoris in Christum credentis justificatione, rejectis in totum
 pontificiorum erroribus, diserebat, remq; brevi eo redigebat, ut trapezitæ
 hujus nefarii mensa subverteretur. Hæ Propositiones cum ante oculos Te-
 celio ponerentur, adeo movebant bilem, ut acerbissimis conviciis Luthere-
 rum proscinderet, eumq; hæreticum, rogo comburendum, Stentoris more
 vociferaretur, ipsas vero Propositiones, flammæ traditas, in cineres redigeret,
 atq; theses CVI. in contrariam partem a Conrado Wimpina D. Theol. Schol.
 Francofurti ad Oderam exaratas, defenderet. Hostibus ergo, quos facile
 sapiens prævidebat, undiq; cinctum Lutherum urgebat necessitas, ut animi
 sensa fufius explanaret, adversus contradicentium sententias se fortius mu-
 niret, Deoq; sic rem moderante, ab antagonistis in arenam protractus, arti-
 culum unum post alterum, pristinæ luci suæ ac integritati restitueret. (//)
 Juxta

(pp) Leg. de hoc Dn. D. Jo. Casp. Læscheri, Superint. Rochlit. Fautoris,
 quem Deus servet, Disp. (qq) Pirna - Misn. Monachus Dominicanus, æta-
 te sua bipedum nequissimus, & perfrictæ frontis homo, qui trapezam suam
 vulgo commendare verbis, sibi religioni non ducebat: So bald der Pferrig im
 Rasten klinget / Die Seele auem Seg - Reuer in den Himmel springt. (rr) Hæ Pro-
 positiones in manus D. Fleccii incidentes, tantum gaudium excitasse dicun-
 tur, ut in verba eruperit: Hic rem faciet; venit ille, quem Desiderio ha-
 stenus desideravimus. vid. M. Steph. Ritter, Gymn. Corbac. Rect. in Cosmo-
 graph. Profometrica p. 127. Baptista Mantuanus ad extremam perniciem
 Pontificiorum propensam avaritiam hisce versibus manifestavit:
 Sunt venalia nobis Templâ, Sacerdotes, altaria, sacra, coronæ,
 Ignis, thura, præces, cœlum est venale, Deusq;

Vid. plur Sleidanus a L. I. initio. D. Franzii Dissert. Theol. Jubil. de Indul-
 gent. Pontif. Jo. Ad. Osiandri Disp. de Jubil. Ebræo - Christ. & Acad. Polyd.
 Vergilius L. IIX. de rerum Invent. C. IV. D. Jo. Musæus de Indulg. §. 29.
 Compend. Hist. Eccl. Goth. L. II. C. IV. §. 1. p. 728. (//) ita sentit B. Kromay-
 erus Scrut. Relig. Disp. XIII, XVI. p. 314.

Juxta etiam non poterat, quin tempori inserviens, Archi-Episcopo Moguntino, Marchioni Brandenburgico, Alberto, Episcopo Brandenb. Hieronymo, atque, Staupitio intercedente, ipsi Leoni X. P. R. literis, innocentiam suam apertius detegeret atq; declararet. Eum in finem vel ipse Imperator Rom. Maximilianus I. Papam R. de sententiis, maximam partem sibi suspectis, epistola hortabatur, ut primordiis obstaret, ut motus, in ecclesia ortos, sua, qua polleret, potestate, comprimeret, atq; Lutherum, ad reddendas fidei suæ rationes, Romam vocaret, quod etiam die XXIII. Aug. MDXIX. factum est. Atenimvero Theander per Thom. Cajetanum, Pontif. R. legatum, ab Electore Fridr. III. frustra citatus, cum hoc ipso, tum Academia Vitemb. Patribus singulis ac Adfessoribus apud Camerarium Pontif. R. Carolum Militium intercedentibus, atque Lutherum ob vitæ integritatem ac non vulgarem eruditionem de meliori commendantibus, tandem Augustam Vindelicorum, (ii) ad examen publicum selectam, nullum prorsus periculum pertimescens, se recipiebat, ac spem præter omnium animo constanti & præsentis M. Octobr. ad propositas sibi abs Cajetano quæstiones, solide respondebat. Equidem commonefactus, ne Augustam proficisceretur, responsum ferebat: Si mihi CCCC. capita essent, atq; scirem, me ibi amissurum, certo tamen Augustam ingrederer. Ergo sententiæ suæ erroris maximi infimulatus, ejus vero revocationem recusans, & peculiari insuper libello testatum reliquens, se nunquam erroneum quid protulisse, neq; etiam veræ Ecclesiæ contradixisse, auctoritate Leonis X. Pont. ab Ecclesiæ societate removebatur, & proscribatur. Quæ tamen contumelia eum non frangebatur, sed erigebatur, sub cælo se mansurum, quærentibus: quorsum se, e Saxonia discedens, velit convertere? reponendo. Postea A. MDXIX. Jo. Eccius, Ingolstadiensis Profess. P. cum D. Andr. Bodenstein, Carolo studio, apud Vitemb. Archi-Diac. Lipsiæ disputans, Saxonum Ducis Georgii nutu, cum insigni studiosorum Vitemb. comitatu, cui & Phil. Melanchthon aderat, Lutherum advenientem provocabat, ut secum in arenam disputatoriam descenderet, atque, si posset, Pontificis auctoritatem infringeret. Hinc noster suam e Sacris Bibliis doctrinam, divino nixus auxilio, publice differendo, argumentis validissimis adstruebat, & confirmabat. (iii) Ao. MDXX. Carol. Militius bonorum quorumcumque consiliis ac petitis motus, cum eo deliberans, svasor & autor extabat, ut omni cura & diligentia literas exaratas, in optima submissionis forma Pontif. R. mitteret. Hoc licet factum, nihilo tamen secius usque adeo ille ira excanduit, ut Lutherum filium ac nuncium Diaboli, ob nimiam ambitionem delirantem, castitatis & pœnitentiæ hostem, amicum vero Turcarum appellaret, (vv) & Romæ ejusdem libros in ignem conjiciendo, e medio tolleret. Quare ad justissimam Luth. sui suæq; doctrinæ defensionem, divino Zelo, permovebatur, ut pro rei veritate Pontificem

B 2

cem

(ii) Lutherus namque efflagitaverat, ut intra Germaniæ terminos in theses suas inquireretur, timens ne, id si Romæ fieret, sibi & verbo divino vis & injuria inferretur. (iii) Cœpit initium Disput. d. 27. Junii & finita est die 14. Julii Rem ita commemorat L. Jerem. Weber Th. quond. P. P. Extraord. im Evangel. Leipzig p. 22. seqq. D. Andr. Carlstadt hat die Disputation im Jahr 1519. auff dem Schlosse zu Leipzig mehr, als D. Luther veranlasset, wie denn auch D. Luther nur zu solchem Ende von Wittenberg aus mit nach Leipzig gereiset, daß er der Disputation als ein Zuhörer beywohnen, nicht aber, daß er selbst mit disputiren wolte, als aber die Sache mit D. Carlstadt gegen seinen Wiedervart D. Eccium nicht recht fort wolte, und dieser jenen im Schreien und Geschwindigkeit überlegen zu seyn schiene, so trat endlich D. Luther auf seine Stelle, und continuirte die Disputation noch 10. Tage mit D. Eccio &c. (vv) Sleid. l. c. p. 36,

cem R. Ecclesie christianae, contemptorem, superbum tyrannum & Anti-
 Christum vocando, & Academiae Vitemb. studiosos convocando, add. X.
 Decembr. MDXX. Leonis X. Bullam, ut dicunt, una cum jure ponti-
 ficio, igni, ante Elisteris portam, committens, verba eloqueretur:
 Quoniam tu conturbasti sanctum Domini, ideo te conturbet ignis aeter-
 nus. It. Quemadmodum mihi fecerunt, ita illis feci. (**). Et cum
 MDXXI. a Carolo V. qui Maximilano I. imperio successerat, epistola
 speciali Vormatiam ad comitia citaretur, ut causam suam ageret, se
 eo una cum Justo Jona, Nicol. Amsdorffio & Hieron. Schurffio, recipi-
 ens, magno inspiratus animo, urbem verbis ingrediebatnr: Vocatus de-
 crevi, migrare in urbem, nomine Domini Jesu Christi, etiamsi scirem,
 tot Diabolos mihi esse oppositos, quot sunt, in singulis totius urbis te-
 ctis, tegulae. (yy) Insigni quoque fiducia & parrhisia in Spectatissimo ac
 Splendidissimo Ordinum Imperii Confessu religionis causam defendebat,
 & ne latum unguem, nisi e Scriptura S. convictus, adversariis cedebat.
 (zz) Et quamvis quidem hora antemeridiana X. d. XXVI. April. in pa-
 ce mitteretur, nihilominus tamen ad diem XXIIIX. Martii a P. R. Leo-
 ne pariter atque IIX. Maji a Caes. Rom. publice proscribatur. Sed in
 se descendens Fridric. Elect. Sap. indignationem ad animum revocabat,
 Pontificiorum acerrimam, fatius esse ratus, si afflicus, ne innoxius gra-
 vius plecteretur, praeter opinionem oculis omnium subduceretur, atque
 in arce, citra notitiam suam, Varteburgi, (a) prope Isennacenses, oc-
 cultatus aleretur. Bene sic latebat noster, & bene vivebat a quarta d.
 Maji MDXXI. ad quintam ferme diem Martii usque anni MDXXII.
 tempus suum non otio terendo, sed potius scriptis publicis veritatem
 divinam adversus hostes strenue tuendo. Neque mens erat, redi-
 tum cogitare, quem vero Principi suo clementissimo excusare, subje-
 ctio & pietas postulare videbantur, in ejusmodi verbis causam profe-
 renti: Quid faciam? urgent me causae inevitabiles, Deus cogit & vo-
 cat; nisi Carolo stadium Vitembergae Anno MDXXII. tumultus exci-
 tasset non exiguos, imagines destruendo, revelationes jactando, Scholas
 itidem ac templa devastando atque divinis inspirationibus, Enthusia-
 smum spirantibus, turbando, Anabaptistarum & Tremulorum more do-
 cendo, ac Dicta quaedam Bibl. pro instituti ratione detorquendo. Qua
 propter aliter fieri non poterat, quin Leucoream reversus, pathmum
 suum citra Electoris consensionem relinqueret, insana hujus socio-
 rumque Gabrielis Didymi, Collegae, & Georgii Mori, Scholae Recto-
 ris, molimina dissiparet, rumperet, motasque hic locorum turbas feli-
 citer componeret. Et ne Elect. gratia prorsus excideret, id agebat,
 ut Epistola quadam peculiari causas adderet gravissimas, cur sine ipsius
 mandato securitatis locus sibi cum inquietis adversariis fuisset com-
 mutandus, atque ita Principis clementiam sibi firmiorem conciliaret.
 Multa quidem supersunt, quae de matrimonio Luther. M. D. XXV.
 cum

(***) Vid. Jo. Cluveri Hist. Tot. mundi Epit. p. m. 658. f. a. (yy) Leg. plur.
 in ipsius Luth. actis coram Caesare, Electoribus, Principibus Imperiique
 Statibus in Comitibus Principum Vormatiae Tom. II. oper. Lat. (zz) verba
 addens: Hier stehe ich, ich kan nicht anders, Gott helffe mir Amen.
 (a) Lutherus hunc locum plerumque Pathmum suum appellitare solebat.
 Quo de ex instituto egerunt D. Paulus Antonius in Animadvers. Not. illustr.
 it. Cellarius, Praecept. olimpie deven. itid. Annot. inspersis. Dissert.

cum casta, formaque eleganti, virgine, familiae equestris Saxon. Catharina a Bora, more legitimo, contracto, de seditione itidem rusticorum eod. anno facta, de Conventu Marpurgico M D XXIX. & anno post, de Confessione Augusta Vindellicorum in Solemni confessi Imperatori Rom. Carolo V. tradita ac denique de beato Lutheri exitu, MD XLVI. anno ætatis scanfili seu decretorio maximo, sublecto, recensenda forent, sed temporis ac chartæ ratio vetat, dissertationis filum prolongare & ulterius extendere Quapropter monumentis, qualia qualia sint, exiguis hisce non contentos, ad Auctores remittimus, qui ex instituto de Viro, vere Theandro, insignes sanctitatis suæ sine labe servatæ, atque integritatis spectatæ admiratores nacti, prolixius egerunt, Div. nimirum Principem Anhalt. Georgium, Phil. Melanchthonem, Justum Jonam, Mich. Celium, Joan. Bugenhagium, Jo. Matthesium, Jo. Sleidanum, Cyriac. Spangenbergium, Mich. Beutherum de Carlstadt, Jo. Pollicarium, Paul. Eberum, Veit. Lud. de Seckendorff, W. Franzium, Jo. Christ. Sagittarium, Matth. Hoë ab Hoëneg, Wolfium, Joan. Müllerum, Dav. Chytræum, Matth. Dresserum, Jo. Pappum, J. C. Dannhauerum, Jo. Fechtium, Jo. Fridr. Mayerum, G. C. Eilmarum, J. H. Havekerum, Jo. Fr. Scharffium, J. G. Møellerum, & qui reliqui sunt.

Instituti nostri ratio jam requirere videtur, sermonibus aliquot rem clariorem reddere, abs bonæ spei & frugis adolescentibus, selectioris ordinis, proferendis, qui ut benevole audiantur, mecum humillime orant rogantque. Sunt vero illi:

PROLOGUS. Christian Gottl. Schüze, Grünthal-Bernav. March. Dei T. O. M. clementiam, qua nos per Lutherum de Papistarum execranda cœcitate eripuit, laudibus extollet Carm. Sapphico,

Ernst Simon Lehmann, Lubena Lus. Jo. Tecelii indulgentias in præcipua causa fuisse, ut reformatio institueretur, Teut. ostendet.

Thomas Abraham Dietrich, Gohlizio-March. De Pathmo Lutheri differet, eruditorum vernacula.

Andreas Martin Cannabæus, Richno-Cüstrin. Neo-March. An juste Megalander in Pathmo delituerit? Lat. disquiret.

Johann Grasme, Speichro-Lus. Megalandri vitam & acta breviter recenset Elegiis Lat.

Johann Erdmann, Lubben. Lus. De D. Andr. Bodenstein, Carolostadio, ejusque erroribus gravissimis verb. germ. quædam proferet.

Joh. Friedrich Eberhard, Lucca-Lus. Somnia res futuras, sapius prædicere, Fridr. III. Elect. Sax. Sap. exemplo firmabit. Lat.

Joh. Daniel Bothe, Veissag. prope Sonnevald. Lus. Opus perpurgandæ fidei & doctrinæ, maxime necessarium fuisse, Metr. Eleg. statuet.

Friedrich August George, Lubenens. Ortum ritumque Jubilæorum priscum & recentem perscrutabitur. Teuton.

Christian Gottl. Wülcknis, Juterb. Saxon. Reverendissimi & Serenissimi Principis ac Domini MAURITII GVILIELMI, Patris patriæ clementiss. in rebus fidei ac religionis Zelum, justitiæque constantiam, pro meritis evchet ac laudibus deprædicabit. Orat. Latin.

C

Johann

Johann Daniel Lauterbach, Lubben. De fonte Oreadum Leuco-
renfium (Luther-Brunnen) feu montis Teuchelii ad Viteber-
gam, cujus aquæ in oppidum ductæ funt, Carm. german. verba
faciet.

Epilogus. Benjamin Rungenhagen, Cüftrin. Neo-March. Carolum
Miltitium, nobil. Saxon. Papæ Rom. Leonis X. Camerarium
& in Saxonibus Legatum, multum in reformationis actu ver-
fantem, perfpiciet, juxta & gratias aget, auditorio debitas,
Serm. Lat.

Lubenæ, apud Lufatos inferiores, Fefte Reform. Lutheri Seculari
fecundo, ac die XXXI. Octobris, M DCC XVII, facro, P. P.